

EIN NEUES CHRYSIDEN-GENUS AUS DER PARNOPES-GRUPPE.

Von Dr. H. BRAUNS.

Parnopidea nov. gen.

Genus hoc Chrysididarum novum prope Parnopem et Allocœliam inserendum et in tribu Allocœliarum (Mocsáry, Természetráji Füzetek, XXV. 1902, pag. 571) collocandum est.

Corpus forma generis *Parnopes*. Statura minima.

Caput comparate magnum, rotundato-quadrangulare. Antennæ satis longæ et robustæ. Clypeus apice arcuatim emarginatus, mandibulæ unidentatæ. Genæ conspicuæ. Occiput et tempora lata. Occiput postice mediocriter emarginatum, tempora lata, retrorsum rotundato-coarctata. Oculi sat magni ovales. Maxillæ et labium normalia, ligula brevis.

Collare trapezoidale, antice utrinque spinose productum, margine anteriore biconcavo. Scutellum et metanotum simplicia, segmentum medianum supra rotundatum, absque carinis dentibusque, nec emarginatum nec excisum. Propleuræ sine processu dentiformi, mesopleuræ sat ampliatae.

Alæ mediocres, hyalinæ, tegulæ parvæ, cellulæ radialis, cubitales et discoidales nullæ. Venæ alarum posticarum non distinctæ, lobulus basalis maximus.

Abdomen habet segmenta dua, primo secundo plus quam bis brevior, nec carinata. Forma abdominis sicut in genere *Parnopes*, margine anali irregulariter crenulato.

Parnopidea Mocsáryi n. sp.

Carbonaria, margine clypei anteriore, mandibulis, collari, abdomine dorsali et ventrali, tibiis et metatarsis flavo-rufis. Marginibus posterioribus et collaris et segmenti primi abdominis dorsalis late albicantibus. Tegulæ brunneæ, femora cum coxis et trochanteribus dilute brunnea, tarsi omnes nigricantes.

Cavitas facialis angusta, profunda, fere lævis, nitida. Frons, tempora, occiput, dorsulum thoracis et segmentum medianum distincte

coriacea. Margo collaris posticus et segmenta dua dorsalia evidenter punctata, limbo anali depresso lævi, irregulariter crenulato.

Long. 3 millim.

Diese kleine Art, die ich Herrn Custos MOCŠÁRY zu Ehren benenne, wurde von mir bisher in einem Exemplare bei Willowmore *Capland* am 10. Februar 1903 gefangen. In ihrer äusseren Gestalt gleicht sie täuschend einer kleinen *Parnopes*-Art, hat aber nur zwei Rückensegmente und unverlängerte Mundtheile. Von *Allocoelia* unterscheidet sie sich durch noch reducirteres Flügelgeäder und den Mangel aller Skeletauszeichnungen, so, dass ich vorläufig sie einer neuen Gattung einverleibte. Das Geschlecht des einzigen vorliegenden Exemplares scheint weiblich zu sein.
